

## 364 De Regia Protect. vi oppress. appell.

icit. Vital. & Barbat. nu. 32. & in hæc Bulla Modern. super reg. 8. gl. 6. n. 216. Et si utcumque hæc ratio scripta sit in constitutione, casus dicitur comprehensus per illius identitatem absque alia extensione. Gloss. in c. 1. de empt. ord. n. 6. Oldra. conf. 185. in 6. Oldral. conf. 1. ut lite pend. Bald. in illud post n. 6. C. de sacros. Eccles.

3. Vel si secundum informantes pro Francisco negetur rationem esse prædictam, quæ expresa legitur, sed dicitur esse præsumptionem pro electione Ordinarii, cum ista tantum reddi posset, habetur pro expressa, juxta gloss. in l. quamvis, ubi Bald. in princ. vers. & cum una sola. C. de fideicom. & ibi Add. Castr. n. 4. III. n. 6. adeo ut ab ea tanquam unica licita si extensis etiam in correctoriis. Castr. in l. si vero \$ de viro num. 1. vers. culo idem, si ratio, ff. solnt. marim. Adden. ad Bald. in aur. quas actiones litera E. & ibi III. n. 22. C. de sacros. Eccl. idem III. in d.l. quamvis n. 7. vers. 2. C. de fideicom. cum concord. per Surd. decis. 174. art. 12. & 13. & dec. 292. n. 15. & 16.

3. Et hæc præsumptione est adeo vehemens, ut non tollatur ex sententia revocatoria Metropolitani, quia cum in electione ad Parochiales ex dispositione sacri Concilii Trident. sess. 24. de reform. c. 18. vers. peracto, ultra doctrinam, sive etiam considerandi mores, prudence, & alia ad Ecclesiam gubernam opportuna, quæ ratio est, ut dignior non simpliciter dicatur ille, qui doctior sit vel sanctior, sed is qui juxta munus, cui præficiendus est, aptior ejus ministerio appetet; & hic est præferendum, ut ex sententia Divi Thomæ tradit. Covarr. in regul. peccatum 2. p. §. 7. sub nu. 4. vers. dignior vero, & dicit Rot. in Beneventana Parochial. 1. 3. Junii 1590. coram bona memoria Orano, & in Ravennaten. Parochial. 2. Decemb. 1594. coram illustrissimo Arigonio in nullius Parochialis seu concursus 4. Decemb. 1610. coram Rever. D. Bononiex. ex quo censuit sacra Congregatio illustrissimorum Cardinalium Concilii interpretum præferendum eum cuius mores noti, probatique sunt ei, cuius vita ignoratur, licet doctiori, ordinarius præsumitur instructus de vita & de moribus concurrentium & aliis ultra doctrinam requisitis tanquam ejus dicesselatorum. Card. in clem. 1. nu. 20. vers. si amem, ubi Anch. num. 7. vers. & hoc ideo de sequent. poss. & fruct. Veral. dec. 406. p. 2. Put. dec. 395. num. 2. lib. 3. & considerandum fuit in terminis hujus Bullæ in dictis Ravennaten. coram illustrissimo Arigonio, & nullius coram Reverend. Bononiensi. Metropolitanus vero per novum concursum non potest certior fieri nisi de doctrina, & sic cessat in eo præsumptione, vel saltem non aquæ viget, & adeo præsumitur pro judicio ordinarii, ut debet clare doceri de dolo, & irrationalitate illius, ut tenuit Rot. in Camerin. concursus 19. Decemb. 1603. coram R. Atrebaten. & in Sabinen. concursus 6. April. 1609. coram R. Domino meo Damasco, etiæ quælibet ex predictis rationibus de per se sufficit, tanto magis simul junctæ, exemplo duorum vinculum, quæ magis stringunt, cap. 1. de iure. & pace cum similibus.

4. Præterea etiam si constitutio esset restricta ad primam appellationem, tamen cum à revocatoria sententia detor appellatio quoad utrumque effectum, ut firmatum fuit, perinde est illa interposita ac si esset in casu verbis expreso, ante scilicet latam revocatoriam, quæ habetur pro extinta, inspesto præsenti statu, juxta text. in l. 1. in fi. & ibi gl. ff. de Turpil. l. 2. vers. ceterum ff. de pen. Bald. in rub. C. de appell. n. 2. & in l. ita demum n. 2. C. de procur. Roman. post Immol. in l. 1. nu. 30. vers. quoad secundum ubi Alex. n. 2. III. n. 9. Rip. n. 10 ff. de rejud. de commun. Felin. in rubr. de app. sub num. 2. col. 4. vers. & add. & in c. pastoralis. 18. n. 14. vers. conclusio sit de off. de leg. ubi Adden. de commun. dicit veram Alex. conf. 3. 6. nu. 6. lib. 4. & communem conf. 188. nu. 10. lib. 2. Et ideo licet verba constitutionis videantur restri-

cta ad appellationem ab electione ordinarii: tamen non<sup>85</sup> excluderentur casus similes, gl. in l. ob es in verb. alienum in princ. & ibi Salicet. C. de pend. minor. & in l. serv. nomine & ibi Bartol. n. 3. ff. de usucatio gl. vulg. in l. illud in verb. alia causa, & ibi Bart. in princ. C. de sacros. Eccles. præsertim in hac materia favorabili diuturnæ vacationis tollenda Bart. in d.l. illud, n. 3. Bald. n. 6. in fin. Castr. n. 4. vers. hic est una Bart. in d.l. servi nomine n. 3. ubi quæ veniant in necessariam expressorum consequentiam, ex quibus cessant dicta de casu omisso.

Nec etiam potest dici sublata vel elisa præsumptio<sup>86</sup> electionis ordinarii per contrariam sententiam juxta doctrinam. Card. in clem. 1. q. 4. num. 13. de sequent. poss. & fruct. nam in questione ibi posita per Cardinalem non minor militabat præsumptio pro secunda sententia, quam pro prima pro possessori lata, sed eadem, cum ultraque esset lata in Curia, ut ipse inquit, imo in terminis d. clem. ipsa prima sententia est quæ parit sequestrum Cassad. dec. 1. eod. tit. sed in casu nostro negari non potest, quin major sit præsumptio pro electione Ordinarii à qua non datur appellatio suspensiva, quam pro sententia Metropolitani, à qua datur quoad utrumque effectum: & ideo sententia, quæ habet majorem præsumptionem, habet aliquem effectum executivum non obstante alia contraria, prout in terminis ejusdem Clementinæ primæ sententia lata in Curia pro actore operatur effectum appositionis sequestri, quamvis adsint contraria in partibus pro possessori, & hoc ferendum, ut ex sententia Divi Thomæ tradit. Covarr. in regul. peccatum 2. p. §. 7. sub nu. 4. vers. dignior vero, & dicit Rot. in Beneventana Parochial. 1. 3. Junii 1590. coram bona memoria Orano, ut simpliciter fundata in verbis restrictis, non considerata constitutionis ratione, & in qua Domini prius sustulerunt præsumptionem pro electione Ordinarii, quam resoluerunt, fuisse grauificatoriam, & judicium Ordinarii fuisse suspectum ut in decisione præcedenti de mense Decembri 1581. & per sententiam revocatoriam, ubi consideratur, quod nisi apponetur sequestrum, facile apponetur via fraudibus, contra mentem & verba dictæ constitutionis in versiculo, nos ad quorum, ibi, personis minus dignis, &c.) nec colligitur fuisse appellatum à secunda sententia lata in Curia, quæ omnia cessant in casu nostro, quo præsumptio viget manifestè aliqua consideratione, tanquam extincta præsentaneo statu per appellationem, & ira conclusum ultraque parte informata. Hactenus de decisione, quam ut eleganter inserere volui, quia continet plures doctrinas concorrentes materiam hujus c. licet eam viderim post hæc scripta.

## C A P U T V.

A sententia, seu compulsione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro constructione Ecclesiarum dirutarum, seu etiam à sententia, qua jussit, novam aliquam Ecclesiam Parochiam ædificari, eò quod aliqui Parochiani non possunt, vel propter locorum distantiam, vel aquarum inundationem, aliamve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpositæ non deferens vim faciet.

## S U M M A R I U M.

Ecclesia diruta & collapsa debet reparari & readificari ex redditibus sua fabrica.

2 Fabrican

## Pars III.

## Cap. V.

365

2. Fabrican si Ecclesia diruta non habeat, clerici ejusdem tenentur contribuere pro adificationem redditibus, qui sibi supersint deducto necessario.
3. Parochiani contribuere tenentur in Ecclesia collapsa readificationem, si clerici redditus, qui supersunt, non sufficiunt.
4. Parochiani non possunt renuntiare administrationi, & perceptioni Sacramentorum, à contributione hac excusentur.
5. Expenditur text. in c. decernimus 10. q. 1. Expenditur in proposito l. 11. tit. 1. p. 1. ibid.
6. Beneficiati tenentur non solum ad fabricam, sed etiam ad alia ornamenta, sine quibus divinum officium celebrari nequit, sed eriam ad alia paramenta necessaria ad divinum cultum.
7. Fabrica deficiente, vel non sufficiente, beneficiati deducta congrua tenentur ad reparationem, & Episcopi commendatarii, & alii interesse habentes in fructibus ejusdem Ecclesia, quibus minimè sufficiens Parochiani tenentur ad contributionem.
8. Regis & ejus Concilii supremi ius, an possint capere, & pignorare bona Ecclesiastica, sive decimas contributionem tanquam Concilii Tridentini executoris.
9. Parochiani in subsidium tenentur ad contributionem recipienda Ecclesia diruta, sicut Clerici tenentur ad opera publica communia omnibus pontes, & fontes, &c.
10. Clerici an teneantur contribuere pro operibus publicis & communibus, ibid.
11. Parochiani tenentur pro oneribus Ecclesia, putat, si reconciliatione egerat.
12. Parochiani quando in subsidium tenentur contribuere pro necessitate Ecclesia, tam nobiles, quam plebeii indistincte coguntur, ubi de ratione.
13. Reditus Clericorum ubi non supersunt ad reparationem Ecclesia, potest expendi pecunia publica universitatis, & in subsidium, collectari vicinos.
14. In reparatione Ecclesia ut quis ad eam teneatur contribuere, attenditur primitus consuetudo, & observatio.
15. Contribuere coguntur, qui tenentur ad Ecclesia refectionem appellatione non obstante.
- Patroni Ecclesia fructum ejus participes tenentur ad reparacionis contributionem, ibid.
- Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 7. expenditur, ibid.
- 16 & 45. Contradiccio ubi est remota, appellatio etiam remota intelligitur.
17. Intellectus ad Concilium Trid. de sess. 21. de reformat. c. 7.
18. Ordinarius potest exemptions compellere ad Ecclesia reparationem appellatione & inhibitione non obstantibus.
- Concilii Trid. sess. 21. de reformat. c. 8. verba expenduntur, ibidem.
19. Clerici quorumlibet beneficiorum simplicium tenentur (deficiente fabrica) ad Ecclesia reparationem, & non alii.
20. Ecclesia non Parochiales ubi collapse sint, & deficiat, qui contribuat, an & quod radicibus erunt destruenda.
21. Ecclesia simplex diruta (deficiente fabrica) seu beneficiato, aut his adhuc non sufficientibus, an petenda sit elemosyna in populo & inter vicos circumviciños, maximè si Ecclesia maxima sit devotionis.
22. Eremitoria destruenda tempore Clerici, ex qua plures fructus & proventus perceperisse appetet, an ejus heredes ad reparationem sint compellandi: casus de facto refertur.
23. Clerici simplicis Ecclesia quando tenentur ad reparationem coguntur appellatione non obstante juxta Concil. Trid.
24. Determinatio una respiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare.
25. Heredes Clerici quando ad reparationem tenentur, Salgado de Protect. Reg.
- coguntur non obstante appellatione, quia qualitas obligationis ex persona heredis non mutatur.
26. Ecclesia simplex: diruta omni destituta remedio ad refactionem, quomodo cum omnibus oneribus, & emolumentis ad matricem transferenda.
27. Et quid & quando Ecclesia Parochialis collapsa est, & non sit unde reparetur, ad quam Ecclesia sit trasferenda, cum quibus qualitatibus, & conditionibus juxta Concil. Trid. congregat. Card. & quando ipsa Ecclesia est profananda, & de aliis vide ibid.
28. Matrix Ecclesia, ad quam simplex diruta erit facienda translatio, dicitur Ecclesia Parochialis. Matrix Ecclesia, ut Parochialis transferatur, erit Ecclesia Cathedralis, ibid.
29. De translationis Ecclesia diruta materia, qui videntur sunt.
30. Translatio hac an sit unio, vel Ecclesia distincta, & an ordinarius ita profanata Ecclesia lapides, & trabes possit vendere, & que ex his adficia construi possint, & de aliis vide remissive.
31. Parochiale novam fieri quando jussit Ordinarius, an possit ad id compellere non obstante appellatione.
32. Causa quæ sufficiens sit, ut nova Parochialis construatur, & n. 14. remissive.
- Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 4. expenditur ibid.
33. Populo ita numero, ut Rector non possit sufficere sacramentis, vel culini divino ministrandis, potest ipse Rector, vel alius ad quem pertinet sufficiens sacerdotes sibi adjungere.
34. Cad. Audientiam de Ecclesiis adificandis, renovatur per Trid. sess. 21. de reformat. c. 4.
35. Sententia quæ ex juxta causa & à iure approbata ordinarius invitatis etiam Rectoribus novam Parochiale erigit, declarat, exequitur (appellatione non obstante.)
36. Concil. Trid. sess. 21. c. 2. decretum cum sit jus novum editum in confirmatione, ad audientiam, de Eccles. adfici, debet recipere omnes ampliationes, & limitationes illius.
37. Parochus præficiendus Ecclesia noviter construere, debet institui ad presentationem Rectoris prima, & de oratione.
38. Patronum si habeat prima Ecclesia simul & ille cum Rector debet noviter construere presentare.
39. Terminii Parochialis si inter antiquam Parochiale & novam Ecclesiam non dividantur, an decimæ pradiæ sit dividenda, vel qua emolumenta nova Ecclesia debent percipere.
40. Rector noviter adficiat Ecclesia que portio assignari debet per Episcopum, & unde deducenda juxta noviter per Trid. disposita.
41. Concil. Trid. sess. 24. de reformatione dispositio expenditur.
42. Portionis assignatio, & Clerici institutio & presentatio ad novam Ecclesiam fieri debet appellatione, & contradiccio, non obstante.
43. Congruë ab assignatione Rectori facta non admittitur appellatio suspensa.
44. Proviso Rectoris Parochialis non suspenditur per appellationem subsecutam.
45. L. Partita verba ibi (aunque lo contradigan, &c.) ponderantur.
46. Reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam an acquirat jus patro. & an illud acquires ex constructione si funditus diruta sit, illud admitit, & quid quando simul dotavit, remissive.
47. Confruens Ecclesiam an in reparatione & readificatione sit aliis preferendum, remissive.
48. Capella, vel Ecclesia conseruenda ex precepto testatoris intra quad tempus sit edificanda, remissive.
49. Beneficii ob fructum diminutionem an facienda sit suppressio, extinctio, aut unio per Episcopum cum Capituli consensu, remissive.

H h 3. Huic

**H**ic est satis difficultati jure Canonico succursum, & pro prioris partis satisfactione, illam esse attendendam Abbatis distinctionem, Ecclesiam dirutam, collapsam, & ruinosam debere reparari, ac readificari ex redditibus sua fabrica; & si non habeat fabricam, seu minus sufficientem, quod clerici illius Ecclesie contribuant, ex eo quod eis supererit (deducto necessario), etsi nihil supererit eis, vel quod supererit, non sufficiat, ac dictam readificationem debent ultimè compelli Parochiani ejusdem Ecclesie; ut contribuant ratione sacramentorum, quæ in ea recipiunt, sibi ministrantur; & divinorum Officiorum, quæ ibi audiunt, quibus non poterunt renunciare dientes, se ab hinc nolle uti dicta Ecclesia, quam opinionem ac distinctionem Abb. sequitur ut veram Greg. Lopez in l. 11. tit. 10. p. 1. gl. faciendo onde. Francisc. de Ripa 1. secundo responso, de Ecclesiis adi. n. 1. 2. & 3. fol. 33. peregrinam vocant ad propositum text. in c. de his, de Eccl. adi. ubi Abb. 2. Paul de Citadi. tract. de jur. patro. s. art. princ. versio secundo intelligo sub n. 17. 3. Beroius cons. 3. n. 2. Ripa consil. 68. n. 3. Capella. Tholo. dec. 499. optimè Joan. Hieron. Campan. divers. jur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. fol. 72. 5. ubi quod cleri beneficia non tenentur nisi excessu suæ legitimæ congrua.

Ad quam ut certam reducendam esse gloss. in c. quatuor. 12. q. 2. in fi. dicentem laicos non esse compellendos ad reparationem fabrica, sed tantum clericos, & Hostiensem in sum. de Ecclesiis adi. n. 2. & 3. dicentem, clericos nisi de consuetudine, de jure tamen non tene-ri ad reparationem Ecclesie, & opinatur Joan. Gutier. in alleg. 10. sub n. 2. ad fi. & idem sequendo Abbatem dicit Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo visit. ad 6. dub. 9. quod si ob inopiam Ecclesie, & beneficiati non possit parochialis reparari: parochiani sunt compellendi, nec propter hoc possent usui Parochia renuntiare.

Et de clero beneficiato ut ad id teneatur, probat text. in c. decretimus 10. q. 1. ubi dicitur, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatio ejus reparari præcipiat, text. in c. fin. 16. q. 1. utrobique gloss. text. in c. 1. de Ecclesiis adi. & c. de his, cod. tit. l. 11. tit. 10. p. 1. ubi dicitur: que la yglesta se ha de reparar por el Prelado y clericos della; y no bastando la dicha renta el beneficiado de la tal yglesta es obligado a gastar lo que fal-tare, segun la renta, que ubiere. faciendo lo que ubiere me-nester. Aviles in capitibus Pratorum c. 2. 3. in gl. den. ord. n. 11. fol. 199. hanc etiam quæst. tangit Cepola de servit. urba. præd. 59. c. n. 22. ubi nihil resolvit, sed tantum refert loca ordinaria.

Qui beneficiati non solum tenentur ad fabricam, sed etiam ad ornamenta, calices, pluvialia, & alia quæcumque paramenta; ea, non tantum sine quibus divina officia celebrari nequeant, & illa quoque necesa-ria ad cultum divinum, secundum solemnitatem & varietatem dierum, scriptis Barbos. consil. 2. 6. lib. 3. Petrus Surd. consil. 62. n. 5. Cavalca. dec. Fibizana, sub n. 24. p. 2. Joan. Hieron. Campan. divers. jur. cano. rubr. 12. c. 13. sub n. 19. fol. 72. 5. & idem in dec. 8. 4.

Et quod si Ecclesia Parochialis non habet fabricam, vel non sufficientem, beneficiati teneantur deducenda con-grua Episcopi, commendatarii, seu alia personæ interesse habentes in decimis, & redditibus Ecclesie, qui-bus minimè sufficientibus Parochiani contribuant, com-probat optimè Bobadilla in polit. lib. 2. c. 18. n. 13. 5. & lib. 3. c. 5. Aufri. Capel. Tholo. dec. 12. 0. Dec. consil. 11. 8. n. 5. vers. 3. principaliter. Calvacan. dec. 22. n. 23. & 24. p. 2. Guigas consil. 117. Joannes Nicol. Delphitiat. de jur. patr. lib. 2. ex n. 128. Sarmien. in defensio. de reddit. Eccl. 1. p. monito 4. n. 5. & videndum Navarr. in apo-logia contra ipsum ibidem qu. 1. monito 82. n. 8. & spoliis. §. 1. n. 3. & §. 10. n. 7. vers. 4. Michaël Tenoch. de visit. Eccl. lib. 2. in 6. Rebuff. in respons. 13. per totum Petrus Cened. in collecta. ad decreta. c. 153. n. 1. & 2.

qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios,

qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes, percipliunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis ac prædicta cogant appella-tionem, exemptione & contradictione remota. Quod & fulcitur etiam ex illo verbo ( contradictione remota, &c.) quo utitur Concilium, per quod censerit appella-tionem esse prohibitam, probat post Philip. Franc. De-cum, & alios Lance. de attenta. 2. p. cap. 12. limit. 8. n. ... Hieron. Gonzal. in regul. de alternat. gloss. 9. in annota. n. 218. de quo latius vide poteris 2. p. c. 8. ad finem, præcipue à n. 107. ubi plures citavi.

Quod Tridentini decretum circa obligationem re-parandi Ecclesiam, quatenus dicit ex fructibus, & pro-ventibus Ecclesie patronos, & alios teneri ad expen-sas in subsidium intelligo (salva correptione matris Ecclesie) prout jus commune scilicet, deducto necessario ad suam sustentationem, ut possit Ecclesie aprius ser-vire, & ita etiam intelligit Joannes Gut. de allegatione 10. num. 7. ad fi. qui etiam ejusdem Tridentini cap. 7. sess. 21. meminit ibi, tenet etiam Barbosa in remiss. ad d. cap. 7. num. 3. affirmat Sarmient. de redditib. Ecclesie 1. p. monit. 82. n. 3. Cened. in collecta ad decretal. 153. ad medium.

Pariter & ex eo vides, Episcopum vim non facere

haud deferentem appellationi interposita à sententia, seu compulsione hujusmodi; eum sibi permittat ea non obstante, nec contradictione, aut exemptione prædicta faciant, & cogant clericos patronos, aut parochianos, & idem disponit Trid. sess. 21. de reformatione, cap. 8. loquendo etiam in beneficiis; tam secularibus, quam regularibus, & etiam exemptis, ut singulis annis visi-tentur, & curent Episcopi congruentibus remedis, etiam per sequestrationem fructuum, ut qua renovatione indigent, aut restitutione, reficiantur, appella-tionibus quibuscumque, &c. judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus, &c. idem quod cap. 8. etiam decrevit idem Trid. in sess. 7. de reformatione cap. 8. ut ordinarii opportuni remedii provideant: ut Ecclesie, quæ reparatione indigent, reparentur, appellationibus privilegiis, conuentudinibus, etiam ab immemo-rabili tempore prescriptis, judicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusi.

Hæc tamen, quæ diximus clericum in parochialis diruta reparationem teneri: intelligendum, & ex-en-dendum est ad quolibet beneficiatos, beneficiorum simplicium in quibus ad reparationem ipsi soli (defi-ciente fabrica) compellendi; sunt non alii, ita tenent Abb. in c. 1. n. 3. de Ecclesiis adi. Joan. Gutier. Valascus consil. 179. nn. 13. Navarr. de spol. clericorum §. 8. n. 11. versiculo secundo Joan. Gutier. allegatione 10. sub num. 1. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo visitatio §. 6. dubio. 9. & probat l. 11. tit. 10. p. 1. & facit quod congregatio-

2. Concilii censuit super d. cap. 7. sess. 11. de reformatione in principio, dum loquitur de readificatione Ecclesie non curata, & beneficii simplicis super illis verbis (ob eorum inopiam, &c.) ita inquit: Si populus nolit Ecclesiam, quæ minatur ruinam; instaurari debet penitus destrui, &c. & sic sequitur, quod populus non tenetur reædificare Ecclesiam non curatam, si nolit, secus pa-rochiale in subsidium, ad quod tunc de necessitate, non de voluntate tenentur, & ad id modis omnibus compelluntur ex supradictis Tridentini decretis. Sed tunc quando dicta Ecclesia non curata diruta, vel col-lapsa sit deficiente fabrica, vel beneficiato, seu his adhuc 2. non sufficientibus de licentia ordinarii petatur elemo-syna per populum, & vicos circumvicos, maximè in Ecclesiis devotionis, ut ita se vidisse semel affirmat Gutier. suprà n. 8. ubi etiam superius n. 7. ad fin. dixit, 2. se vidisse item agitari, cuius expensis deberent ædificari quædam eremitoria illius dicteceis Placenti, quæ erant destructa tempore cuiusdam cleri & tamen eo defuncto, directo libello à defensore piarum causarum illius Epis-